 tatem: et odorifera per s^o tate.
Poma at^o ceteri istius epl^oice h^oit s^oaz
Poma s^o calida: media tepida: vlti-
 ma frigida. Et s^og^o xpm qui fuit
 fructus h^o ceteri: i quo fuerunt tres
 s^oz. s^o deitas aia et caro. **Poma** s^o
 diuinitas e valde calida: q^o om-
 vicioz consuptua: et omni cordiu i
 flammata. **Hebreoz xii.** Deus n^o ig-
 nis consumens e. **Media** s^o aia fu-
 it valde temperata: q^o oes virtutes in
 ipa suu tenuerunt mediu: et nullu
 vniq^o ad aliq^o declinauit extremu.

Ultima v^o et extrema s^oba s^o cno
 fuit frigida: q^o ab om^o inordinato
 calore penitus fuit aliena. **Capitulum**
Q^o Alia sp^ois s^o fuit **quatu.**
Q^o virgo maia. **Habet** enim ds
 cella vniuersam: i sp^ois s^o
 h^onditiam: i qua d^o b^oat^o v^og^oie intro-
 duxit: et cellam suam fecit. **Iux**
 illud cant^o n^o. **Introduxit** me rex i
 cella vniuersam. De ista at^o cella p^o
 nat vniuersum: et illis qui s^o i via ad
 aliq^o sanctitate: et illis qui s^o in
 patria ad plena ebrietate. **Iux** illud
bibite amia et ebrietamini km^o. **Sa**
 qui s^o i via s^o amia sui: s^o
 illi q^o s^o i patria s^o km^o sui. **Amia**
 q^o bibunt: s^o caissima ebriabunt.
Da s^oas qui in mundo s^o dat^o g^oaz sp^o
 s^o ad iustificatione: illis v^o q^o s^ount
 i patria d^o p^oam fructione. **vel**
 p^o dia q^o amia dei s^o angli: q^o sibi
 s^o itimo amore conuicti. **Sa** v^oq^o s^o
 i patria s^o deo cari: q^o s^o p^o amore
 conuicti: et s^o caiores. q^o ite cofor-
 mitate p^oing: et s^o km^o. q^o caissimo
 p^oio redempti. **Angli** enim qui s^o amia
 bibunt: q^o ex visione diuinitatis suas
 delationes h^ouunt. **hoies** v^o b^o q^o
 s^o km^o: eleu s^our. **Da** bibunt q^o su-
 as delationes h^ouunt ex visione
 diuinitatis: et rebibunt q^o delat-
 toes suas h^ouunt ex visione huaitatis.
Ebrias at^o no causat^o ex vno haus-
 tu: s^o fixa actu bibendi. **Da** i sa bi-
 bet et rebibet: io ebri erit. **Istide**
 vniuersum sp^ois s^o: ista cella nobis
 h^ondit: p^omat: io afflat^o crateri
 et aqueductu. **Crateri** iux^o i. **Crateri** v.
Umbelicis tuus crater tornatis:
 vniq^o indigens poculis. **Ipa** enim est
 crater i q^o sp^o infundit: et e tornatu
 i. in q^otu circuncerta: s^o vadit ut

25
ueniat cui infundat: et e nūq̄ i
digens poculis. q̄ nūq̄ euacuat
s̄ sp̄ uenit plena. assilat etiam
aqueductu. **Et̄ xxxiii.** Sicut aq̄
ductus exiit de paradiso. **Bernardus**
vehementia desiderij feruore deno
tōis pūitate orōis fonte attingit
pietatis: ut hauriet sup̄ anglos
q̄ refundit hoib̄ aqua uinā. p̄
tea em̄ tanto tpe fluenta gr̄e de
fuerit: q̄ nodū m̄t̄ cessat aq̄
ductus. Sicut at̄ videm̄ q̄ diu
nis ē emanatio p̄ modū n̄e p̄ quā
filius p̄cedit a p̄re: et p̄ modum
amoris et liberalitatis. p̄ quā sp̄s
sc̄us procedit a p̄re et filio: ita ab
ista cellaia duo nobis p̄ueniunt
beneficia. Vnū p̄ modū natūe: s̄
filius dei: de quo regit̄am̄ i ps̄
Suscipni) ds̄ m̄az̄ tuā in medio
templi tui. Aliud p̄ modū amo
ris et sue liberalitatis. s̄ dona sp̄s
sc̄i: q̄ p̄ ip̄am̄ a filio obremus.
Nō tm̄ eius orō. s̄ etiā eius saluta
tio tante fuit efficacie: q̄ ioh̄es bap
tista et elizabeth ad eius salutata
toez̄ gr̄a sp̄us sc̄i fuerunt repleti.
Ista at̄ cellaia eodē abo nos p̄s̄at
quo et se: et eodē potu nos reficit
quo et seip̄am̄. Vn̄ et ip̄a dicit de
suo abo et potu. can̄ v. Cœdi fr̄uū
meū cū melle meo: bibi unū meū
cū lacte meo. Tūc enī fr̄uū cum
melle cœdit. q̄ xpm̄ in v̄tō gest
tauit: i quo fuit cera carnis et
mel diuinitatis. Tūc et unū cū
lacte bibit. q̄ sp̄us sc̄us eius aiāz̄
i pleuit v̄mo celestis gr̄e: et eius
carne p̄s̄udit lacte uirginalis m̄i
diae. Eodē modo ip̄a nos p̄s̄at fa
uo mellis: q̄ nos delectari facit in
xpo: i cea sue h̄ūc̄itatis. et i mel

le sue diuinitatis. Sicut potat nos
vino et lacte: q̄ dat sp̄uāle lecti
cā in mente. et mundiciā in carne.
Quā d' v̄go Caplm̄ sextū
maia. Est at̄ t̄plex celū:
s̄. siderū. q̄stallm̄ et
empyreū. V̄mo celo. s̄ sidereo assila
tur v̄go maia. p̄ ornati motū et
effem̄. Sicut em̄ illud celū est orna
tū uarietate stellaz̄: sic maia diu
sitate v̄tū. Et̄ xliij. sp̄s celi s̄
v̄stis maie celestis gl̄a stellarum:
i. gl̄osa uarietas v̄tū. De ornati
istius celi d' apoc̄ xii: q̄ ip̄a h̄ebit
i capite coronā stellaz̄ duodecim.
In duodenariō est duplex senariū.
qui ē nūis p̄fctōis: et siḡ sc̄os q̄ st̄
i pat̄a. et p̄fectos qui adhuc sunt
i via: q̄ oēs beatū v̄tū cāq̄ d̄nāz̄
et regnā coronāt. C̄ 2. p̄t̄ motū.
Sicut celū illud sua virtute secum
oīa cotidie arduat: sic maia
oēs sc̄os ad m̄cedendū p̄ nobis se
cū adduat. apoc̄: istius celi est ip̄e
ds̄: de quod' in ps̄. V̄bo d̄ni celi
firmati s̄t: et sp̄u eius oris oīs v̄tū
coz̄: ip̄a i t̄ali mō agitata moue
tur ad eū p̄ferentē amore. Est
enī roca dei: de q̄ d' ezechielis p̄mo.
Quocūq̄ ibat sp̄us. illuc eūre sp̄u
ibant: p̄t̄ et v̄tū: et eleuabāt se
quētes eū: sp̄us enī v̄tū air̄ i rotis.
Mouet enī ad nos p̄ compassione.
V̄n̄ cantat̄ etiā: N̄los tuos misē
ricordēs oculos ad nos cōuerte.
Mouet ad filiiū ip̄m̄ pro nobis o
lando. Mouet ad anglos: ip̄os ad
urnū m̄stetū digendo. Mouet ad
beōs: ip̄os pro nob̄ ut oret̄ exhortā
do. Et̄ q̄nta motus et mobilitatis
ē istud celū. Jo d' ier̄a. V̄n̄ mobili
b̄ mobilior ē sapia. C̄ 3. assilat

maia celo sidero p[ro]p[ter] eff[ec]t[us]. Sicut
 eni[m] mediante celo et suis l[um]inibus
 h[ab]emus o[mn]ia t[er]re nascentia: sic ab ip[s]a
 p[ri]ncipam[us] o[mn]ia dei dona. **N**am sicut
 celu[m] et t[er]ra[m] visitat suis l[um]inibus: sic
 ip[s]a fecundat et quodammodo inebriat
 suis p[ro]p[ri]et[at]ib[us] et nubib[us] ip[s]a multiplicat
 in fructib[us] et locupletat i[n] auro
 et argento et lapidib[us] p[re]ciosis: ita
 maia tota[m] t[er]ra[m] illustrat et visitat
 suis exemplis: inebriat sp[irit]u s[an]cto
 i[n] uis: multiplicat i[n] opib[us] bonis:
 et locupletat i[n] uirtutib[us] p[re]ciosis. **D**e his
 2^o d[icitur] i[n] p[er] p[er] uisitasti t[er]ra[m] et inebriasti
 eam: multiplicasti locupletasti eam.
C 2^o e[st] celu[m] cristallinu[m]: q[uo]d factu[m] est
 de aquis q[ue] sup[er] celos su[n]t: q[ui] quidem ad
 modu[m] cristalli su[n]t i[n] soliditate. Iste
 celo cristallino b[eat]a uirgo assilat: r[ati]o
 mat[er]ie. eff[ic]ac[i]e. forme. **A** xteia
 quide[m] ut d[icitur] est sicut aque i[n] modu[m]
 cristalli soliditate. **A** que s[unt] cogitatioes
 et affect[us] fluxibiles: qui i[n] nobis se
 p[er]fluunt de uicio i[n] uicium. **S**ed iste aq[ua]
 i[n] b[eat]a uirgine fueru[n]t solidate: i[n] uicium
 bono consummate. fueru[n]t luade r[ati]o
 p[er]uissime. fueru[n]t i[n]sp[er]uantes. **P**er
 me: q[uo]d p[er] illas dei gra[m] i[n]tuebatur
 et contemplant[ur]. **S**icut i[n] p[er] ad corinth[os]
 3: Nos q[ui]de[m] reuelata facie gl[ori]e d[omi]ni
 speculantes e[st]. **C** 2^o r[ati]o eff[ic]ac[i]e.
 Dicunt eni[m] q[uo]d i[n]fluentia lucis celi sy
 dei disponit corpa ad susceptioes
 uite vegetabilis. **I**nfluentia uolun
 tatis celi cristallini ad susceptioes uite
 sensibilib[us]. **I**nfluentia uoluntas celi
 emphyrei ad susceptioes uite r[ati]onal[is].
Sunt quida[m] qui h[ab]ent t[er]ra[m] flores. i. bo
 nas cogitatioes et uoluntates. **I**ste
 b[eat]a uirgo ad modu[m] celi sp[irit]u d[omi]ni
 uit[er]a vegetabilis: q[uo]d facit eos i[n] bonis
 opib[us] fructificat. **C** 2^o r[ati]o xxxi. **O** b[er]u

dite me diuini fructus. **F**lorete
 flores: et fructificate. **A**lli su[n]t s[an]c[t]i
 sensu deuotiois. et s[an]c[t]i motu p[ro]gres
 sionis: q[uo]d n[on] i[n] bono p[ro]ficiunt. nec
 sp[irit]ualia sibi sapiunt. **I**ste ad mo
 du[m] celi cristallini i[n]fundit uit[er]a
 sensibile: d[omi]no eis sensum i[n]t[er]ne
 deuotiois. et motu feruentis op[er]a
 tionis. **A**llist[er] qui i[n] suis opib[us] n[on]
 seruant modu[m] n[on] loci. nec tempus.
Iste ad modu[m] celi emphyrei i[n]fundit
 uit[er]a r[ati]onale: ut seruent illud
 q[uo]d d[icitur] ad r[ati]o[n]em r[ati]onale obsequiu[m] u[er]um.
C 3^o assilat celo cristallino r[ati]o fo
 me. **E**st eni[m] forme specie. q[ui] quide[m]
 e[st] capacissima p[er]fectissima et pulch[er]ri
 ma: q[uo]d dei uisitatio est eff[ic]ac[i]a. **O**m[n]i
 a[n]tat[ur] eam. **Q**ue celi capere n[on] po
 terit. tuo gremio contulisti. **S**ic et
 b[eat]a uirgo fuit capacissima. fuit p[er]
 fectissima: q[uo]d o[mn]ib[us] uirtutib[us] i[n]accumu
 lata. **C** 2^o r[ati]o 3^o i[n] me gra[m] o[mn]is uic et
 ueritatis. fuit pulcherrima: q[uo]d
 nulla macula fuit resp[er]sa. **C** 2^o r[ati]o 4^o
Tota pulchra es amica mea: et
 macula n[on] est i[n] te. **C** 2^o r[ati]o 5^o
Tertiu[m] celu[m]
 e[st] emphyrei: q[uo]d est uisitatio o[mn]i s[an]c[t]o
 ru[m]. **E**t illud celu[m] e[st] luade forme:
 capacitat[is] summe: et sublimitatis
 imense. **A**ssilat i[n] isti celo b[eat]a uirgo
 p[ri]mo p[ro]p[ter] ineffabilem d[omi]ni d[omi]ni
 tota[m] lucet et resplendet. **A** p[er]oc r[ati]o
Guliet amicta sole. et luna sub
 pedib[us] eius: et i[n] capite eius r[ati]o
 stellaz duodecim. **E**st q[uo]d est lun
 a a p[ar]te inferiori: i[ost] d[icitur] luna sub
 pedib[us] eius. **A** p[ar]te superiori: i[ost] d[icitur]
 q[uo]d i[n] capite eius e[st] corona stellaru[m]
 duodecim. **E**t a p[ar]te media: i[ost] d[icitur]
 amicta sole. **C** 2^o r[ati]o p[ro]p[ter] capacitate.
Sicut eni[m] n[on] p[otes]t ex[er]citate aliquis
 locu[m] maioris capacitat[is] q[uo]d celi em

phureū: sic nec aliqua creatura p̄
 inueniri maioris capacitat̄ q̄ ma
 ria. Habuit enī amplū uterū: i quo
 recepit dñi. Habuit amplū intel
 lectū: q̄ hūc om̄i intellectū dīnoꝝ
 amplū etiā habuit affectū: q̄ per
 cōpassionē recepit misericordias om̄i
 afflictioꝝ. **C**assilat̄ celo emphi
 reo p̄ sublimitatē. Sicut enim
 illud celū est sublimū i oib̄ corp̄i
 bus: sic et ip̄a est sblimior oib̄
 spiritib̄ tam angelicis q̄ rōnib̄.
P̄s. Eleuata ē magnificentia tua
 sup celos. i. vgo maū. **A** d̄s mag
 na fecit. et hoc sup oēs celos: tā
 materiales q̄ rōles q̄ etiā intellai
 les. Est enī eleuata sup celos ma
 teriales: q̄ i celo emphireo cū corpe
 collocata. **S**up celos rōles: q̄ om̄i
 scōꝝ regna constituta. **S**up celos
 intellectuāles: q̄ om̄i angloꝝ re
 gna et dñā ordinata. **I**o ip̄a d̄
 fecit n̄ magna qui potens est.
Bernardus. Magnū est q̄ vgo sū
 magnū q̄ n̄r sum: et maximū
 q̄ utrūq̄ sil et n̄r et vgo sum.
Sz cui n̄r: vniuenti dei plas
 matoris et saluatoris om̄i. **Hu**
go de scō victore. Magnū utiq̄ fuit:
 ut maia plasmatoris sui n̄r
 fiet. Magnū: ut vgo sū vili scie
 filiū conciperet. Magnū: ut vgo
 dei p̄ris vbi carne sua indutū
 i utero gestabat. **Hec** at̄ oīa mag
 na sunt: s̄ ei q̄ potens est. an̄ nul
 la sūt impossibilia. **Capitū septimū**
Cinnamomū dicit vgo b̄n
 iux̄ d̄ c̄m̄ xxiii. Sicut
 cinnamomū et balsamū
 aromatizans odore dedit. Est at̄
 cinnamomū sp̄s sicca calida et
 aromatica. Sic et ip̄a fuit sicca

i carne p̄ temperantia et p̄tate
 calida in aīa p̄ feruore et carita
 te: aromatica in utroq̄ p̄ mūdicia
 et puitatē. **N**ōndū autē q̄ cy
 namomū p̄ quib̄ signa cognoscat̄.
 q̄i s̄ ē laudabile et bonū: p̄t̄ que
 b̄n̄s v̄ginē merito rep̄ntat. **C**o
 ex colore. **Q**uā nō dēt ee pallidū n̄
 nigrū. nec subrufū. Sic et ip̄a
 nō fuit pallida p̄ vanā glām: n̄
 nigra p̄ alioꝝ p̄cā maculā: nec s̄
 rufa p̄ caritatem accēsa. **H**eo in
 sermone de assumptōe. **T**otā ip̄am
 repleuēt sp̄s s̄i ḡn̄: totā dñi
 amor inducāt: ut in ea nichil
 eēt qd̄ mūdiciā violat̄ affectus.
 s̄ardor cōtinuū ac p̄fusi amoris
 ebrietas. **C**o cognoscat̄ ex odore.
Quā ex sua aromanitate cerebrū
 multū confortat: et fluxū resti
 git. **I**n cerebro at̄ fluxū motus et
 sensus. **O**dor satatis b̄n̄ v̄ginis cō
 fortat v̄tutē moerū: dū enī al
 licat ad b̄n̄ opandū. **C**onfortat
 v̄tutē affectiua: dū eā inflāmat
 ad diligendū. **C**onfortat v̄tutē
 intellectuā: dū eam aliuat ad cō
 noscendū. **I**ste etiā odor sue sc̄i
 tis restringit fluxū venenatis.
Cant̄ iii. **O**dor vestimētoꝝ tuoz̄
 sicut odor thuris. **C**o cognoscat̄
 ex sapore. **Q**uā appetitū acuit: iō
 in balsamentis p̄i cōsuevit.
Bea at̄ maia inflāmat n̄r̄m de
 s̄idēū: et acuit appetitū. **C**m̄ xxiii
Edunt me adhuc esuēnt. et
 q̄ bibūt me ad̄ s̄cient. **C**o cognos
 cat̄ ex subtilitate. **G**rossū enī cy
 namomū nō ē bonū: s̄ ḡn̄ale
 et subtile. **I**p̄a autē nō fuit grossa:
 s̄ valde subtilis p̄ hūilitatē. **C**m̄
 xvi. **I**nduite subtilib̄ vestimētis.



Et hoc fecit dñs. qñ dedit sibi yuili-
tate in corde. et mansuetudine in
cōsuetōe. **C**ognoscat ex virtute.
Cynamomū enī qñ est bonū et
laudabile multiplicē h̄t virtutē:
et maxime valet cont̄ vlnēa la-
biorū. Que aut̄ sunt vulnēa: n̄
p̄cā locutionū. Ista locutionū vl-
nēa sanant̄ v̄go maria ex sua locu-
tione modesta. Quā enī verba sua
fuerunt vulnēz n̄orū mediana:
et n̄rāz locutionū exempla. Ipsa
enī fuit discretā in q̄rendo qñ dixit:
ecce ancilla dñi. Fuit auā salis ī sa-
lutando: qñ salutauit elizabeth.
Fuit grata in regratiando: qñ f
bñficia dei in se recognoscentis re-
grata est deo dicens. Agt̄ aūa mea
dñm. Fuit modesta ī reprehēdēdo.
qñ dixit: fili qd̄ fecisti nobis sic. Nō
enī eū maledixit ul' turbulēta
reparauit: s; cū modestia reprehēd̄
fuit compatiens qñ dixit: vinū
non h̄t. Fuit sapiens in consule-
do. qñ dixit m̄stris: qñq; dixit
vobis facite. et sic fecerūt. **Capitulum**
Cypressus reputat̄ **octauū**
virginē mariā. **Iux̄ d̄ca**
xxij. Cū cypressus ī mō-
te sp̄m. Est aut̄ cypressus arbor o-
dorifera solida et virtuosā. De odore
aut̄ cypressi. q̄ eius lignū p̄cassū
et aride magis redolet q̄ viride.
Et lignū cypressinū igni ul' soli
expositū multū redolet. et eius
odor fugat serpentes et v̄mes.
Dicit̄ igit̄ b̄ta v̄go cypressus v̄o
odoris. Fuit aut̄ odorifera: p̄mo q̄
fuit ab oī humore nūdane impu-
ritatis penitus exsiccata. 2. q̄ fuit
igni sp̄s s̄c̄i app̄ata: p̄mo tota fu-
it ī ignē amoris cōfusa. 3. q̄ fuit

soli diuino exposita: p̄mo fuit ip̄o
sole tota amicta. v̄ vestita. apoc̄. cū
mulier amicta sole. Et q̄ sic fu-
it tota odorifera: iō odor eius s̄c̄ita-
tis expellit serpentes. v̄ diaboli-
cas temptationes: et v̄mes. v̄ ma-
las cogitationes cōsāz corrodētēs.
Cypressus ē arbor solida: ex
qua soliditate accidit q̄ nō p̄t pu-
resci. nec aliquo pondē flecti: et
q̄ est apta cōseruationi. Eodē mō
virgo b̄ta sic fuit ī dei gr̄a cōsoli-
data: q̄ eius corpus nūq̄ potuit
putresci. Nec ī vita p̄ aliquā cor-
ruptōem: q̄ fuit p̄ditū v̄ginitate.
Nec ī morte p̄ aliquā resolutōē:
q̄ fuit vestitū īmortalitate. Est
etiā cypressus sic solida. q̄ ī trib̄
ul' ī donib; p̄ditū nullo pondē p̄t
flecti nec curuari: s; sp̄ ī sua r̄c̄i-
dine p̄seuat. Sic b̄ta virgo in tm̄
fuit ī dei gr̄a cōsolidata: q̄ nul-
lo pondē alicui; tribulatiois v̄m̄q̄
fuit a sua r̄c̄idime t̄uēnata.
Passa ē enī magnū pondus tribula-
tiois: qñ puella teneā et delicatā
et de nono surgens a p̄cā ī egiptū
fugit: et p̄ septē annos ibide p̄g-
na fuit. Passa ē magnū pondus
tribulatiois: qñ filiū suū vidit
an̄ oculos suos crucifigi et vulnēa-
ri. Et qñ solida ēat ī gr̄a dei:
flecti nō potuit p̄ aliquā impatiāz:
s; sp̄ tenuit r̄c̄idime iustit̄e et
fidei et gr̄e. Nec mirū si fuit sic
firmata et solida: q̄ septē co-
lupnis. v̄ septē domis sp̄s s̄c̄i fuit
vallata. **Pu. ix.** Sapia edificauit
sibi domū: et exadit colupnas sep-
tē. Est etiā lignū cypressinū aptū
cōseruari. Fuit enī ī capselle et
alia vasa ī quib; sc̄oz relique cō-

seruantur: qd ppe sua soliditate
 no patit. ut res poite recipiant
 aliqua corruptioe. **Qua** i bta u
 go fuit valde solidata i pposito vir
 ginitatis et huilitatis: no eius u
 terus fuit idoneus ad cofuandu
 retinendu et recipiendu dei filiu:
 qd in utero suo noue mensib9 i suo
 utero bauilauit. **Compressus** e ar
 bor virtuosa. **Qua** em que in cy
 presso sunt: sunt medicinalia et
 vtuosa. s. folia cortex et fructus.
Sic etiā oia que fuerit i bta vige
 tuosa fuerit: s. folia. r. eius v
 ba: cortex r. eius cofusatio extio:
 et fructus. r. eius opa. **Et** pmo
 videam9 de vtuice folioz. r. vboru.
Na vnu vbu dixit. s. ecce ancilla
 dni: qd fuit tante vtuus. qd deu
 itatua fecit. **Aliud** vbu dixit. s.
 saluataoem elizabeth: qd fuit ta
 te vtuus qd iohem existerit in v
 tero spu sco repleuit. **Aliud** s. fi
 liu. qd fecisti nob sic: qd fuit tante
 vtuus qd deu hoib9 subditu fecit
 vni se. **Et** cat subdit9 illis. **Aliud**
 etiā vbu dixit. s. vnu non hnt:
 qd fuit tante vtuus qd aqua in
 vnu mutauit. **Et** eius cortex r.
 eius cofusatio tante vtuus fuit et
 generositatis: qd faeabat deo mag
 na glām. anglo magna letiaā.
 hoib9 magna honorificentiam
Judith xv: Tu gla ihrlm. r. dei:
 i quo est visio paris mē. Tu letiaā
 isrl. r. angloz: q vident dni facie
 ad faciem. Tu honorificentia pli
 vri: r. totius gnus humani. **Et**
 caam fruct9 r. opa in tm fuerit
 vtuosa: qd sicut d. pu. vltio. ma
 nu sua misit ad fortia. **Ista** at
 fortia q fecit nonit **Judith xv.** post

q em dixit. tu gla ihrlm. r. sb
 dit. **Quia** fecisti vilit et confie
 matu est cor tuu: eo q castitate
 amauis et post viru tuu aliu
 nefauis. **Jo** et manus dni cofor
 tauit te: et eis bndicta metnu.
Ex quib9 vbis het: qd ipa e. opa
 fecit. **Vnu** est qd dyabolica vtuice
 confregit: qd notat cu d. fecisti
 vilit: et confortatu est cor tuu.
Tunc em vilit egit: qd caput ho
 lofernis. r. demonis virtute con
 fregit. **2m** est qd carnale concupis
 i se penitus refecauit: qd notat
 cu dicit. **Jo** qd castitate amauis
 te. **3m** e qd manu diuin auxili
 ad se inclinauit: qd notat cu d. **Jo**
 manus dni confortauit te. **4m**
 e qd sibi bndictione etne gle acqsi
 uit: qd notat cu d. **Eis** bndicta metnu.
Collu d' virgo **Caplm ix.**
Maia **Iux** illud p cant.
Collu tuu sicut mouilia.
Vbi duo sunt videnda. **pmo** qre
 dicat collu. **2o** qre dicatur sicut
 mouilia. **Circa** pmiu nondu q
 ipa assilat collo p aspectu ad deu
 ad seipam et ad nos. **P** respectu
 quide ad deu d' collu triplia roe.
pmo roe conuictiois. **Sicut** em col
 lu capu corpori conungit: sic et
 ipa xpm qui est caput vni. emē
 q est caput suu vniuit. **hec** at
 conuictio et vniō i eius vteō fca
 fuit: qd s. de ea xpus carne assup
 sit: et sibi vniuit. qd v m caro
 fem est et hntauit i nob. **2o** roe
 mediatoris. **Sicut** em collu est
 mediu int caput et corpus: sic
 et ipa est mediatx nra int deu
 et nos. **Vn** d' mediu tēpli. **ps.**
Suscipim9 deus misericordiam tuam in

medio templi tui. In templo quidem
sunt tres diuisiones. Prima est sacra-
rium: ultima est corpus ipsius: media
uero est chorum. Sicut enim chorus est
medius inter sacrarium et corpus: sic
et ipsa est media et mediatrice nostra
inter deum et genus humanum. Et uero
cunctitudinis. Sicut enim collum est cuncti-
tudinis: sic et ipsa in omnibus que agebat inten-
tione cunctam habebat. **Sancti vii. Col-
lum tuum sicut turris eburnea.** Denique
turris propter cunctitudinem: eburnea
propter puritatem. **Et dicitur collum propter co-
lumnas ad septentrionem: et hoc propter ta-
bulo propter eminentiam et dignita-
tem.** Sicut enim post caput collum e-
minet omnibus membris: sic et ipsa
per christum eminent omnibus sanctis. **Isa-
siliat cedro. etiam xxiii. Qui cedrus
exaltata sunt in libano.** Sicut enim
cedrus excedit omnes arbores in ala-
tudine: sic et ipsa excellit omnes sanctos
in dignitate. **Et propter eloquentie
graciam.** Sicut enim in collo for-
mantur uerba: sic et ipsa in conspectu
dei pro nobis loquitur uerba. **Que
uerba deus libenter audit: ut dicat
ei. Cantus. Sonet uox tua in auribus
meis. Vox enim tua dulcis:
et facies tua decora.** **Et propter com-
passionem et pietatem.** Sicut enim
collum de facili flectit: sic et ipsa
de facili flectit ad compassionem.
Flectit autem collum modo a dextris modo
a sinistris: modo in ante modo post
tergum. Sic et ipsa modo flectit ad
illos qui sunt in dextris: et in prospici-
tate dando temperantiam: modo ad
illos qui sunt a sinistris: et in aduersi-
tate dando patientiam: modo ad illos
qui sunt ante modo ad illos qui sunt
tergo. **Honi quidem habet faciem su-**

am ante deum: mali uero habet post-
tergum. **Iherosolymis. 2. Stetit ad me ter-
gum et non fraem.** Flectit ergo ad
illos qui sunt ante deum: conseruando
illos in gratia: et ad illos qui ueniunt
tergo: reducendo eos ad puritatem.
Et dicitur collum respectu ad nos:
Et hoc propter cunctam nobis uocem. **Primo
propter sustentationem.** Sicut enim
collum caput sustentat: sic et il-
la nos omnes supportat. **Isa dicitur collum
sicut columpna: de qua columpna dicitur
etiam 2e. Thronus meus in colump-
na nubis.** Thronus dei fuit uisio
beata: que etiam est columpna in qua
nos sustentat: et est nubes in qua
nos a terrenis eleuat. **Et propter sub-
mirationem.** Sicut enim a capite
mediante collo descendunt in corpore
omnia nutrimenta: sic a christo per uir-
ginem in nos ueniunt omnia dona. **Ipsa
autem non est auarum: sed manum se aperit:
et nobis gratias spirituales tribuit. **Pu-
ulchro. Manu suas aperuit iopi.
Et propter respirationem.** Sicut enim a col-
lo interior aer emittit: sic per ipsam
deum nostra deuotio penetrat. Et sicut
exterior aer per collum ad corpus tra-
hitur: sic per ipsam nobis omnis gratia in-
spirat. **Etiam 3. Sapia filiis suis in-
tam inspirat.** **Et uidentur est
quare dicitur sicut monilia. Cir-
ca quod sciendum quod monile est ornamen-
tum pectorale quod conficitur ex auro
argenteo et lapide precioso. Ex his
tribus conficitur istud monile dei.
Ista autem sunt illa tria: de quibus dicitur
1. Eymothel. v. Integer spiritus noster
et anima et caro sine querela seruetur.
Ipsa enim habet corpus aureum in cor-
ruptum: animam argenteam: et lucidam
et puram: et spiritum coram deo preciosum.****

D'at monile a munere: qz sponsi
 talia ornamenta sponsis suis
 olim dare consueverunt. ut se or
 narent. **U'** d'at munendo: qz spo
 se pectus munuit: ne alijs ipu
 dicus man9 iponat ul' apponat.
U' d'at monendo: qz duo ora
 caputij iungit: et quodamod' vnu
 de ipis fit. **U'** d'at monendo: qz
 monebat videntes abstinere ab
 illa t'ap' a coniugata. Olim solu
 nupta monilia defebat. Et sic
 patet q' monile e' h' face: scilz
 pect9 ornat' pectus muire. diui
 sa coniugē. et oēs admonere. **Ista**
 e' facit nob' istud monile dei f
 maia. **Nā** nos ornat' suis exē
 plis. **Etā** xxv. Sicut sol oriens
 mūdo i altissis deo: sic mulieris
 bone spēs in ornamētū domus.
Suis pectus nr̄m munuit suis
 psidijs: ne demones illic intre
 possint. **Et** id' **can'** vi. Terribi
 lus ut castror' acies ordinata.
Diuisos ac sepatos a deo coniugit
 et vnit: p'ca' eū a deo diuidit
isa' lx. P'ca' vr̄a diuisert' inter
 nos et deū nr̄m. **Sz** istos sic diui
 sos deo coniugit: cū veniā eis acci
 rit. **Alia** nr̄s signat: qz p' demo' ca
 nes admonet: ne ipas coniugāt.
 cū sint sponse dei. **Iux'** i' **osce** 2.
Sponsa bo te n' in fide. **Istud** sig
 cūlū recipiendū admonet. **duas**
can' viij. pone me ut signacu
 lum super cor tuū. **Capitū** x.
Qlūba sigt' v'gnē maia:
 p'pe' plura in qb9 ipa colū
 ba comendabilis est.
Primo eū comēdabilis capē
 nudū: qz nō indifiat i' tra nec

i arbore: s' in foramine petre.
S' b'ca' virgo non indifiat i' n'
 cor suū posuit i' tra. v' i' trena cu
 piditate. n' i' sublimi elatōe: s'
 i' filij sui vulneibus et passione.
Can' 2. Surge p'ca' amia' mea
 colūba meae et veni in foramib'
 petre. **Ista** i' colūba hitat i' petre
 foramib9: qz p' recordatōe' cōtinuā
 sp'cat in xp̄i vulneib'. **Trenor'** 3.
Recordare paup'tatis mee in sig
 sionis v' t'ns'gredientis passionis:
 absinthij et fellis. **Et** ipa' rndit
 aemoria memor eō: et tabesat
 i' me aia' mea. **U'** p' dia. qz xp̄us
 i' p'ca' vita habuit plures mōdos:
 s' p' sepe patibulū et sepulchrū.
In ipis mōdis xp̄i ipa' colūba sepi
 sine habitabat: qz loca xp̄i cū
 deuotione maxima visitabat. **U'**
d' sc̄is odilio. **Si** volum' fare q'
 dei genit' p' filij resurrectōem
 agebat: sine dubi' loca natiuita
 tis sue passiois et sepulchrū frequē
 visitabat: i' eis lacrimas fundebat:
 et oris sui sc̄issima oscula ipme
 bat. **Ite'** i' sermone de **assumptōe**
forass' p' nimio amore i' loco q'
 filius eius sepulch' d' eā hitasse cō
 credim'. q' pijs pascet' eius amor
 obtinēb'. nō quā viuens cū mor
 tuis q'ret'. **Hoc** eū h' impatiens
 amor: ut q' desiderat sp' inire se
 credat. **Ignorat** quippe iudiciū:
 rōe multotiens caet' modū nes
 cit: n' aliud cogitāe p' q' qd' dili
 git. **Amor** eū accipit de ipossi
 bilitate solaciū: de difficultate
 remediū. **2°** comendabilis
 ē q'ntū ad abū: qz nō comēdit
 cadaueā s' elcā grana. **S'** b'ca'
 virgo nō affiebat' t'ra trena

uel munditia: s; circa celestia et et-
 na rescebat em illo grano frumē-
 ti v; de quo d' ioh̄s xii nisi grū fru-
 menti cadens in terrā. Grānū fru-
 menti habet reficere et faciare: et
 q̄ntū ad hoc sigt diuinitatē xpi.
Ps Ex adipe frumenti faciat te.
 H̄t exteri⁹ rubore: et q̄ntū ad hoc
 sigt eius aiām candore mundicie
 fulgidam. Sap̄ie vii. Candor est
 lucis et̄ne. ps ista tū d' b̄tā vgo.
can̄t v. Dulcis me⁹ candid⁹. q̄n-
 tū ad aiām fulgidā: rubicūdus.
 q̄ntū ad carnē cruentatā: elcis
 ex milib⁹ q̄ntū ad diuinitatem
 supnā. Ista i colūba isto cali gno
 rescebat: q; circa xpi diuinitatē
 pleuissime delat̄bat. 3 comen-
 dabilis est q̄ntū ad gemitū: q; nō
 h̄t autū vanitatis. s; gemitū cō-
 passionis. Ipa em vgo et alie scē
 mulieres in xpi passione gemitū
 emittebant. ysā lx. Si columbe
 meditantēs gemem⁹. maxime at
 ista columba. s; vgo b̄tā tūc gemitū
 et lacrimas effluent emisit. lucl
ii. O dūā mea misericordissima
 maia. quos fontes lacrimarū di-
 cū te erupuisse de pudicissimis
 oculis tuis: cū attendēs vnicū fi-
 liū tuū in occētē corā te flagellā
 ligatū. mactatū: et carnē de carne
 tua ab impijs crudelē tractari.
Quib⁹ singultib⁹ estimabo p̄uis-
 simū pectus tuū vexatū: cū au-
 dres. mulier ecce filius tuus. Et
 discipulo dia: ecce m̄ tua. Guad⁹
haie d' Tuā xpi aiāz p̄sibit
 gladius: et dolor d̄nice passionis
 acutissim⁹. Nō em potuit videre
 filiū crucifigi s; affū doloris ma-
 trem: lūz speraret eū resurrectur.

3 comendabilis ē ap̄t volatū.
 q; nō volat solitaria s; gregari et af-
 sociata. b̄tā maia ē illa mulier
 de qua i apoc xii d' q; date sunt
 mulier due ale ut uolaret i desat.
Iste due ale s; amor et spes: cū q̄b⁹
 volabat i celū. ps. Os dabit m̄ pē-
 nas sicut columbe etc. Nō at sola
 volabat: s; et alios ad volandū
 secū attrahēbat. s; ip̄s ap̄lōs. bn
 dicit sc̄is odio deū ad uocū sibi
 refugū. s; aplicū consortiū arcu-
 itū diuinitatē locoꝝ pacto cum
 gaudio remeabat. Credim⁹ eā
 m̄fuisse gaudis ascensionis d̄ni
 ce: et iū die pentecostes sp̄m̄ s̄n̄
 recepisse. theo i quodā sermone
 de assuptōe. 3 ascensionē xpi ma-
 rie cōuersatio ad exemplū iuā-
 ne m̄te cū aplis vniq; cū disp̄sio-
 nē fuit. sicut lucas i actib⁹ ap̄lō
 rū comēmorat dicens. Hi oēs
 erāt i orōe p̄seuerātes cū m̄re
 ih̄u maia. Eius at cōuersatio nō
 fuit cū leuī p̄sonis: s; eāt cū an-
 glō gabale. a ioh̄e ewāgelista a
 cū ceteris aplis: et iō non solitaria:
 s; bn̄ sociata. theo i sermone de
 assuptōe. Si q̄ntū qd post filiū as-
 censionē vgo egeit: vniū pro certo
 ē: q; vgo sc̄a mente et corpe p̄mā
 sit. quā sane gabale anglō tamq̄
 celestis p̄m̄phus custodiuit itac-
 tā. Et ioh̄s aplis cū xp̄s erant
 de cruce cōmissis v̄gine vrgo ser-
 uauit: suis q; sp̄alit̄ obsequijs
 deseruiuit. Nō q; eximū chorus
 ap̄lorū eā deseruit. m̄t̄ q; n̄m̄tū
 p̄ resurrex̄z iutrās et exiens fa-
 miliāris de itacuatōe xpi ac re-
 surrectōe cōtulit. Quo comē-
 dabilis ē q̄ntū ad simplicitatē

inuitus: hē enī colūba magnā
 simplicitate. *Iux̄ i' mach̄ x'*. Esto
 te simplices sicut columbe. *Jo dicit*
p' oculi tui colubarū r' simplicit
aspicientes. Iheo' i' sermone de
assuptōe. Veni inquit colūba mā'
veni de libano: veni coronaberis.
 Nō merito de libano venire iube
 tur: qz libanius candidatio i' p'p'ā
 t'. *Est enī candida multis mei*
toz v'utib' ac dealbata m'ue cū
didior. spūs s'c'i m'ueib'. et i' oī
 bus colūbe simplicitate p'ntaunt.
 Quā q'p' in ea gestū est. totū pu
 ritas. totū simplicitas. totū ve
 ritas et grā fuit. totū m'ia et iusti
 tia q' de celo p'spexit. *Ihu' i' v'go*
maria simplicitate in intentōe.
 qz sp' dei gl'am quesuit. In affec
 tione: qz deū sū adiūtōe m'ia
 ni amoris dilexit. In opatōe
 qz oīa que faciebat. ad honore
 dei et vtilitate p'xi faciebat. Ta
 lis simplicitas inultū ē deo grā
 p'mo pal' vltio. *Sic dicit qz sim*
placitate diligis. Sapie p'mo.
 In simplicitate cordis q'rite illū.
Sexto cōmendabilis ē q'ntū
 ad residentia. *Iux̄ fluentia agrū*
Can' v'. Oculi tui sicut columbe
 sup riuos aquaz. q' lacte sūt lo
 te. et resident *Iux̄ fluentia pleis*
finit. Iheo' vbi s' de hac s'issima
v'gine qual' in celos ascendit se
cretōz cōtemplator celestū in
cantias aut. vidi speciosa q' colū
bā ascendente desup riuos agrū.
 Quā colūba speciosa fuit. qm̄ illū
 columbe spem ac similitudine de
 uerūte. q' sup xp'm venit. desup
 riuos aquaz. qz sup aquā refec
 tois educauerat. cā dñs. Et qua

multi riuū deducti totā terrā irri
 gant. *D'at qz columba iō sup riuos*
aquarū morat: ut in vmbra
accipitris aspiciat: ut ut sitim
sua extinguat: ut ut cōe estū se
refriget. Sic bñ v'go sp' morabit
iux̄ plenitudine spūs s'c'i: ut in si
dias d'ibolucas a suis fidelib' sp'ci
uei faciat. Iō significat p' regnā
h'ester. q' fraudulentiā amari p'ce
cognouit. et pplm̄ suū saluauit.
 2^o sitim amoris m'ia d'ni p' d'ni
 amore penitus in se extinguit. Quā
 sicut dicit aug' q' bibeit de flūe
 paradisi. cui i' gutta est maior o'ce
 ano: restat ut i' eo sitis m'udi pe
 uity extincta sit. 3^o cōit estum
 oīū tribulationū ac tēp'ationū
 se refrigēat. *Iux̄ i' ille v'.* In
 uenietis requie et refrigēū aīa
 bus v'ris. Sic patz de columba.

Communis *Caplm̄ xi*
 p'sona nō singlis fuit v'
 go maria: ut cū oībus
 cōtaret. et ad oēs se p'tine o'ndet.
 I'pā quide p'mo fuit cōtempla
 tiua et actiua. *Sepe at' actiui*
despiciūt cōtemplatiuos tāq'p'o
ciōsos: et cōtemplatiui despiciūt
actiuos tāq'p' tremis affab' m'is
deditos. Iō ipā voluit cē in hoc
du' statu: ut utrūq' approbaret.
 Iō appellat' sol: cū v'. *Actū*
sol. Sicut enī sol ē in medio pla
netaz: sic et ipā est media cō
tēplatiuoz et actiuozū. plane
te quide supiores sunt cōtempla
tium. q' magis app'quāt ad celū.
 Planete vō inferiores sūt actiui.
 q' mag' inclinat' ad t'rena. I'pā ē
 in t'p' sol i' medio i' flāmās cōtem
 platiuos in diligendis: et acti

uos illuāns in agendis. **C** 2^o fuit virgo et cōiugata. Virgines enī despiciūt cōiugatas tūq̄ corruptas: et cōiugate despiciūt v̄gines tūq̄ ifecundas. **I**ō ip̄a in hoc duplici statu eē voluit: et utrūq̄ approbā. **I**ō siḡtur p̄ firmamētū: q̄d ē i medio aquarū. **N**ā aque superiores in tri stallū cōiūse siḡnt v̄ginitatem: aque inferiores fluxibiles siḡnt mēti mouū. **B**ea autē v̄go tūq̄ firma mētū est i medio aquarū istarū v̄gines confirmās i p̄posito caritatis: et cōiugatos i studio bone op̄atiois.

C 3^o ip̄a fuit religiosa et laica. **S**epe enī religiosi laicos cōdepnāt et cōuerso. **I**deo b̄ta virgo fuit claustralis: q̄d i thalamo suo h̄itauit. et foris nō exiuit. **E**t fuit laical q̄d ceteris fēis se conformabat: et cū eis ad templū et ad dies festos ibat. **I**ō siḡtur p̄ templū. **P**̄. **S**us cepim⁹ deus miāz tuā: i medio templi tui. **S**icut enī templū est cōis laicis et deicis: sic ad ip̄m accede' cōit' possum⁹. **P**̄mo laica: ut t̄rena sapient' diligūt. **2^o** religiosi: ut mūdāna contempnant.

C 4^o fuit plati et subdita. **S**epe enī plati despiciūt subditos: et subditi iudicāt platos. **I**ō ip̄a fuit plati q̄d in iurē dei fuit assumpta: et fecit se subditā. q̄d vocauit se analla. **I**ō siḡt' p̄ lignū vite: de quo d' gen' 2^o. **L**ignū vite eāt i medio paradisi. **P**aradisus ē cōmū i q̄ st' plati et subditi. i quoz medio ē virgo tūq̄ lignū vite reficiēs platos abosapīe. **C** 5^o **E**libuit illū pane vite et intellectu. **E**t s̄ditos abo salutis obedie: de quo d' iohis 2^o. **A**xeusab' ē. ut faciām

voluntate eius q̄ misit me. **C** 6^o fuit iusta: et t̄n nō vitauit p̄cōz remedia: q̄d s̄ p̄uificai voluit. **S**epe at' p̄cōres a iustis despiciūtur: et peccatores iustos vilipēdūt. **I**ō voluit eē iusta: ut iusti in ea repiant grām. **E**t voluit p̄cōzū h̄cē remedia: ut p̄cōres in ea sperent. **E**t t̄n iuenire veniam. **E**t siḡtur p̄ aurorā. **C** 7^o **Q**ue est ista q̄ p̄gredit' q̄d aurora cōsurgens. **E**t p̄ stellam matutinā. **C** 8^o **Q**uasi stella matutina i medio nebule. **A**urora at' et stella matutina s̄t medie int' nocte et diem. **N**ā q̄ ip̄a est media int' p̄cōres et iustos: ab ip̄a p̄cōres recipiūt veniā: iusti grām. **C** 9^o fuit consolata et tribulata. **S**epe enī tribulati consolatos iudicant: et consolati tribulatos tribulant. **I**ō ip̄a fuit i maxima tribulatioe: q̄d filiū suū crucifixū vidit. **L**uce p̄. **T**uā ip̄m auāz p̄nsibit' gladius. **E**t fuit i maxima cōsolatione. q̄d sibi anglis aduētū filij dī nūciat. **V**ñ ip̄a dixit. **E**xultauit sp̄s me⁹ i deo saluati meo. **I**ō siḡtur p̄ lunā. **C** 10^o **P**ulchra ut luna. **L**una enī lucet i nocte: et q̄d q̄ in die: s̄z t̄n lux eius mag' apparet in nocte. **N**ā virgo lucet h̄is qui sūt in die cōsolatiois. ne eua nesciūt p̄ vanā glām: et h̄isq̄ in nocte tribulatiois. ne frangant' p̄ impietāz. **A**rg' at' lucet h̄isq̄ s̄t i tribulatioe: q̄ illis qui sūt i cōsolatione. **C** 11^o **S**eptimo fuit diues et paup. **S**epe at' diuites vilipēdunt paupes: et paupes ip̄os ditos. **I**ō ip̄a diuitias h̄cē voluit. q̄d mag' sibi aurū obtulerūt: et t̄n

paupertate elegit. quoniam illud pauperibus
erogauit: ut ex hoc daret intel-
ligi: quod diuites et pauperes potest ve-
nire in regnum celorum. Sed tunc tunc
est via paupertatis: quod ubertatis.

Ad signum poluam in campis: ad quod
omnes tam ditescunt quam pauperes accedere
possunt. Et in 2^o. Et olivam speciosa in
campis. Ad ipsam enim accedunt pau-
peres: ut spiritualibus diuitiis ditentur.
Accedunt et diuites: ut in suis di-
cibus dirigantur. *Capitulum duodecesimum.*

Conceptio beate marie que per
christum concepit peccata fuit
per virginem dicente. Ecce uirgo
concipiet: et pariet filium. ubi est non
tunc. primo nomen in uirgine pudoris inte-
gritatis: cui dicitur. Ecce uirgo concipiet. 2^o.
imple uirginitas: cui dicitur. Et uocabi-
tur nomen eius emmanuel: et nobiscum deus.
3^o. in eadem prole uirginitas: cui dicitur.
butyrum et mel coedet. 4^o. in utero
signatur uirginitas sublimitas: id est promit-
titur. pro hoc dabit dominus ipse uobis sig-
num. *Circa primum nomen sicut dicitur
et factum super mattheum: iudei non dicunt
ecce uirgo concipiet. sed ecce puella.
Si puella idem est quod uirgo in appo-
sitione. Si uero puella contra legem coniugii
est uirginitas pueri: uirginitas non est signum:
quod signum dicitur excedere omnem ordinem
reum. fuit in uirgo in conceptu et in
partu: et hoc fuit signum mirabile.
Augustinus. Que sunt dei mirabilia: non
quod hominibus impossibilia. Et quod lapide
as scissit tabulas sine stilo ferreo:
ipse grauidauit mariam spiritu sancto.
Et qui produxit panem in hemo sine
aratro: ipse impregnauit uirginem
sine corruptioe. Et qui fecit uirginem aar-
con sine pluuia gemitae: ipse fecit
filium dauid sine seie gnatre. 12^o.*

in prole uocatur ueritas diuinitas: cui dicitur. Et
uocabitur nomen eius emmanuel: quod est
nobiscum deus. Ad uirginem tractans de seculo hugo
victor dicit. Dominus nobiscum est per motum:
scilicet per principium maiestatis. per principium
totius humanitatis. per principium caritati-
tis. per principium ueritatis. In primo
mala nostra cognoscit: in 2^o expulsum
est: in 3^o comparat: in 4^o aufert.
Bernardus quoque idem uirginem tractans
dicit. Triplex quidem est humani
genus indigentia: scilicet consilii auxilium
et presidium. Nam faciles sumus ad se-
ducendum: debiles ad operandum: et
fragiles ad resistendum. Si discimus
uolumus inter bonum et malum: de capi-
mur. Si temptamur facere bonum: de-
ciamur. Si conamur resistere malo: de-
iamur. Prinde ueritas est saluatoris prin-
cipium: ut sit nobiscum deus qui in nobis
hincans per fidem caritate ueritatem illu-
minet: et nobiscum manens in finitatem
adiunget: et pro nobis stans fra-
gilitatem nostram proteget et propugnabit.
Circa primum uocatur uirginitas
talis: cui dicitur. Butyrum et mel coedet.
Bernardus. Et sic dicitur. Et primum
ac alimentis uescere in infantibus:
ut sciat inquit reprobare malum
et elige bonum. Que uerba sic exponit
idem Bernardus. Duo sunt in lacte
ouis. scilicet butyrum. quod est humidum et
pingue: et caseus. quod est durum et acidum.
Duis enim centesima est genus huma-
num. quia uerus pastor quasi uir et iue-
nit: in qua duo erant. scilicet nam dulcis
et bona tamquam butyrum: et primum
durum et acidum tamquam caseus. Iste igitur
puerulus sapienter elegit: quod nam
nostrum accepit: sed primum corruptioem
uitauit. Sicut apud hebreos mel et aculeus
et aculeus iusticie. Iuxta id per Augustinum
et iudicium caritatis dicitur. Sed ista

apis ad nos veniens mel mēe attu-
lit. et aculeū reliquit: q̄ venit nō
ut iudicaret. s̄ ut saluaret mūdū.
Postea subd̄ Bernardus. Nolite tñ
peccare in spe. apis eū urā resuit
aculeū. acrit̄ infingens medullis
peccatōrū: q̄ p̄t̄ oē iudiciū dedit filio
s̄uit̄ at̄ puulus nō buyrū et mel
cōcedit: q̄ bonū humane uē et di-
uine mēe sic in seipō uiuunt. ut oēt
hō uerus peccatū nō h̄ns. et oēt de
m̄se i cor̄s peccatū nō faciens. **C**o
nōt̄ in vtroq̄ miraculosa sublimi-
tas: cū d̄. **Ap̄t̄** hoc dabit dñs uob̄
signū. **Iste rex achas** s̄ Bernardū
eāt hō humane sapie v̄bis astutus:
et fastidio solū regalis elatus. Et
iō dixit ei d̄s ut peret̄ aliud signū.
i quo oñdetur p̄funda dei sapia.
Pet̄e inq̄t̄ signū a duō deo tuo in
p̄fūdū infernū: ul̄ aliud aliud
aliud signū in quo oñdetur dei ex-
cellens potentia. **Iō** subd̄it. **S**ine
t̄ extelsū sup̄. **U**t dei dei sapia eius
astutia confundet: et eius pote-
tia eius supbia illuaret. **I**pe tñ
uoluit dans roem̄ forma pietatis
h̄ntē: s̄ uō virtute. **N**ō petā inq̄t̄
et nō temptabo dñm. **I**stud at̄ est
molestū deo. s̄ q̄ nō uult ul̄ p̄
dei sapiam corrigi: ul̄ p̄t̄ potentia
de dei. **Iō** addit. **M**olesti estis et ipi
deo meo. **Ap̄t̄** hoc dabit dñs ip̄e vob̄
signū. **E**cce v̄go conapriet̄ se. **A**t̄ s̄
dicat. **P**ostq̄ nō uultis signa. p̄fū-
de sapie pet̄e. q̄ astutia confundat̄
net̄ potentia q̄ supbia cōfringant̄:
dabo vob̄ signū caritatis et gr̄e. que
salte vos allinent. **E**cce v̄go cō-
apriet̄ et pariet̄ filium. **Ap̄t̄** t̄le signū
d̄ et̄ 22. **I**n noua signa: et inu-
ta mirabilia. **H**id̄. **S** noua mi-
racula et signa mirabilia: cōcep-

ty fuit s̄ pudore: p̄tus s̄ doloē
puer q̄ nascit̄ d̄s ē: m̄r de quib̄
nascit̄ v̄go ē. et post p̄tū s̄ dolo-
re est. **A**uḡ i libro de symbo-
ponit ista signa et mirabilia di-
cens. **P**arēt̄ m̄r et v̄go ē. **F**eta et i-
tracta ē: **f**et̄ om̄i fit̄ m̄e auidia
portat̄ manib̄: **r**et̄ tota i orbis
lambit̄ vbera: et regit̄ s̄da. **T**az
alle: et v̄ba est. **C**ap̄lm̄. **xii.**

Conceptio xpi in v̄to v̄gū
h̄ facta est a kalēdas aprilis:
et eode die reuolutis xxxiii
annus p̄ss̄ fuit: sicut d̄ **A**uḡ. **C**ri-
sostom̄. et **H**id̄. **I**pa at̄ xpi cōcep-
tio multū dissilis est a m̄r. **P**mo
namq̄ cōceptio m̄r ē inūda. **C**on-
ceptio at̄ xpi fuit pura et sc̄a. **V**n̄
dixit angl̄ maie. **E**d̄ em̄ ex te nas-
cet̄ sc̄a: uocabit̄ filius dei. **N**os em̄
cū peccatō conapim̄: et cū peccatō nasa-
mur. **B**ea at̄ v̄go fuit s̄ p̄tō con-
cepta: et s̄ p̄tō nata. **x**p̄s s̄
mō fuit et s̄ p̄tō concept̄: et enā
s̄ p̄tō nat̄. **E**t q̄ cōceptio xpi sic
fuit inūda: iō inūdat̄ m̄r inū-
diam. **J**ob̄ xii. **D**ius p̄t̄ mūdū de s̄ce
inūdo conceptū seie: n̄ tu q̄ sol̄ es.
Bernard̄ i sermone de natiuitate
dñi. **P**lacebit̄ ne t̄ domine ih̄u: ut des
m̄ vitā tuā: **N**ō solū aut̄ x̄p̄s
cōceptōz̄ meam et vitā t̄ dabo:
s̄ et resurrex̄ et mortē et ascēsi-
onē et sp̄s s̄ missionē t̄ adiciā.
Vt conceptio mea emūdet̄ tuam:
vita mea instruat̄ tuā: mors et
et resurrex̄o mea p̄cedat̄ tuā: as-
censio mea p̄t̄ tuā: et sp̄s me
adiuuet̄ i firmitate tuā. **C**on-
ceptio m̄r fit̄ ex cōmixtione seīs
v̄triusq̄ p̄tis. **C**onceptio at̄ xpi facta
fuit ex puissis sanguib̄ v̄ginis

maie: nō ex vili seie s; iusticia sps
 sa opatōe et vīte. **I**s dicit angls
 bte maie. **S**pūs scūs supueiet i te
Spūs em̄ scūs scdm̄ dīmascēnū
 ī maīam supueiūt: ut daret mri
 scīficatōis grām: ut daret seie po
 tentiam diuinitatis receptiuā:
 ut daret v̄gini potentia quātūā.
Terā em̄ erant īpossibilit: siue
 q; mri aliq; s; p̄cō parēt: siue q;
 seia s; v̄vū conapet. s; q; v̄goge
 neraet. **S**pūs i scūs ī ea supue
 mens dedit mri scīficatōis grāz:
 ut s; p̄cō parēt. **P**s. Scīficauit
 tabnāculū suū altissimū. Dedit
 seie potentiam deitatis receptiuā
 ut deū conapet. **A**poc̄ xij. mulier
 amicta sole. **T**unc sole amicta
 fuit: qm̄ deū ī v̄cō concepit. **D**e
 dit v̄gini potentia quātūā: ut
 manens virgo gnare posset. **P**sa
 vi. Ecce v̄go conapiet. **H**ugo de
 scō victore. **N**ō q; de spūs scī s; bā
 semē p̄tus acapet: s; q; p̄ amore
 et copatōez spūs scī ex carne vir
 ginis dīno p̄tū v̄cām s; bām mis
 trauit. **Q**ā em̄ ī corde ip̄i amor
 spūs scī singulariter ardebat: nō
 spūs scūs ī eius carne mirabi
 lia faciebat. **E**t auidilcō ī eius
 corde nō suscepit focū: ei opatio
 ī illius carne nō hēbat exemplū.
Cōceptio v̄cā nō statim p̄fi
 cit: s; p̄uīatim ad p̄fectionem
 deducit. **N**am sicut dicit p̄hī: cor
 pus p̄uēi masculi ī lxxxvi p̄fi dieb)
 cit et organizat. **I**n xpī at con
 ceptōe nō sic fuit: q; statī post cō
 sensū v̄ginis plenū hō ī corpore
 ī aīa fuit. **I**ta em̄ q; ī uīa mēta
 mēbroz v̄sib; dīscō nō p̄nt: nō
 p̄uīlatī ad p̄fcoez deducebat. **A**m

sup id iohis 2. **A**ndragita et ser. a
 ms edificatū ē templū hoc d' aug.
Hic nūc p̄fectioni dīnā corpis cō
 gruit. **Q**ā ut dicit p̄hī. cor dieb)
 forma humani corpis p̄fiat. **N**ō
 em̄ fuit dñs ī istanti sue cōcep
 tōis p̄fectus corpali magnitudie:
 s; grā et ueritate. **P**mo em̄ adē
 qm̄ scūs est congruebat corpali
 p̄fectio: 2^o v̄ adē celesti congru
 ebat p̄fectio spūali. **F**uit at xp̄s v̄cō
 duētis lxxvi dieb): et faciūt xxxij
 ebdomadis et duos dies. **I**ste em̄
 nūc p̄m̄ ordīne nē nō erat utis ue
 q; deficientis cōgruit aulib; post
 aīe īfusione ī v̄cō exiūt. **C**ō
 mri conceptio ē naturalis. **C**on
 ceptio at xpī fuit mirabilis: et
 īō īuestigabilis. **I**stud em̄ mar
 natois īstēiū fuit miraculosū:
 q; fuit s; bātū. **S**icut. **A**nglō nūcāte
 et spū scō obumbrante mox v̄bū
 ī v̄cō. mox mē v̄cēz b^m caro s; bā
 est īsolitū nouoz nouissimū.
Hic xxx. **N**omū facit dñs sup̄trū:
 mulier arcaudabit virū. **F**uit
 sup̄ spem expectantū: q; genus
 humanū nūq; se recepturū cō
 glām sp̄xat. **F**uit sup̄ facultā
 te nature. rois. et mentis. **I**hō
 ī sermone de assumptōe. **N**ō uā nō
 hūit v̄sus nesciūt. īgnorantū v̄
 mens nō caput humana p̄uēt
 celū. **S**tupet t̄m̄. creatūā oīs celest
 tis et t̄x̄stris mirat: hō totū per
 gabriele nō diuinit; nūcāt. **E**
 hē at conceptio xpī fuit mirabilis:
 oñdit b̄nardū ī quodā sermone. **I**n
 illa nūcā assumptōe carnis n̄re se
 cit d̄s uirtutis tres mirabiles.
Cōmūta qui p̄e sūt ad īuicē d̄s et
 hō: mē et v̄go: fides et cor huānū.

In prima coniunctione trinitatis in
 substantiis: et unitatis in personis.
 Sicut in summa deitate trinitas est
 in personis: et unitatis in substantiis. Et si
 aut ibi personae non confundunt unitatem
 et unitas non minuunt trinitatem:
 sic et in personis non confundunt substantias.
 Non ipse sub personae dissipat unitatem.
 Et in et virgo. a solo non est au-
 ditur: quod virgo peperit: et quod virgo prima
 sit. 3^o est fides et cor humanum. et
 ru est enim. quod cor humanum huius
 duobus fidem accommodavit: et de
 et non est: et quod virgo peperit. Sicut fer-
 ra et testa non possunt coniungi: sic et
 si duo nesciunt commisceri: si non
 miscantur in glutinum spiritus sancti. Et
 christi conceptio sic fuit inimitabilis:
 non fuit investigabilis. Non dixit io-
 hannes in iherosolymis: quod non sunt dixit
 non ut solua corrigia calceamentum
 eius. per pedem intelligit eius divi-
 nitas: per calceamentum signat caro:
 per corrigiam signat anima. Sicut enim pes
 mediante corrigia calceamentum con-
 iungit: sic deitas mediante anima
 carni unitur. Quia qui nescit me-
 dia ignorat extrema. Quia et io-
 hannes dixit se non esse sufficiente intel-
 ligere vel alius exponere christi corrigiam
 et calceamentum: per consequens relinquit
 quod non sit sufficiens cognoscere eius
 pedem: et eius divinitatem: nec eius
 calceamentum: et eius corpus de
 spiritu sancto genitum. De hoc sic dicit petrus
 in iherosolymis. hoc est ineffabile sacra-
 mentum conceptiois dominice: credere
 magis consuevit quod referre. Nam
 quod natura non habet. usque nescit. ignorat
 id. mens non capit humana. celu-
 pauca tunc stupet. creatura miratur:
 qualis humanus sermo declarabit

et curabit. Quis enim attinget ar-
 chana divinitatis. per virginitatis
 causam verum. scilicet negotium: di-
 vitatis et carnis coniunctum. Deum
 hodie. In eo in sinone de assumpto.
 fuit inimitabilis. quod fuit super naturam:
 ex eo quod manens deo concepit. fuit
 super eum: ex eo quod deum genuit. Cor
 humana conditorem: ex eo quod sine
 dolore peperit. Contra consuetudinem
 quod in peccato de spiritu sancto concepit.
Quia virgo **Capitulum xiii**
 maia caput serpentis in
 fernalis. In iherosolymis 3^o
 ipsa continet caput eius. per caput
 intelligi potest eius suggestio: vel po-
 tentia. vel astutia. primum caput: per
 suggestionem ipsa continet et confregit:
 ita quod nulla ad eam appropinquare vel
 accedere causa fuit. **fulbertus** caruoten
 episcopus. Quid est caput serpentis: in
 principale diaboli suggestionem re-
 sistendo superare. Et sicut. **beat** in
 maia caput eius continet: in hoc
 quod virginitate et humilitate suavit
 virginitas nam extinxit concu-
 piam carnis: et humilitas superbia
 mentis. 2^o caput eius per peccatum
 continet per filium quod genuit: quod diabo-
 lum suo domino spoliavit. 3^o caput
 continet: et eius astutia: quod dividit
 in tria capita. scilicet in sapientiam terrenam
 aialem et dyabolicam. Sicut dicit
cohi 3^o. Et ipsa continet sapientiam ter-
 nam per paupertatem: aialem: et carnalem
 per virginitatem: et dyabolicam: et
 superbia per humilitatem. **vel** per di-
 quod dyabolus est maliciosus invidiosus
 superbus et astutus. **ipsa** in continet ma-
 liciam per caritatem suam. **Judith** ix.
 percutiam eum labijs caritatis mee.
 Sicut enim serpens se percutit de

neuū in ore: sic dicitur sp^o portat
 maliciā in suggestione. Et sicut
 serpens qm̄ lapidib⁹ obruit fun
 ditus necat: sic dyabol⁹ qm̄ orō
 nib⁹ b^ote maie paitat: ab oī sua
 maliciā euuatur. **Jō bñ d^o:** paitā
 eū labijs caritatis mee. Labia ca
 ritatis b^ote virgīs s^t eius orōnes:
 quas pro nobis effundit ex itimo
 amore cordis. **1^o cōtūit** imūdiū
 p^o virginitate. Demones enī di
 cuntur imūdi: q^o imūdiāas di
 ligunt. imūdiāas paitat: et sua
 dent: et i cordib⁹ imūdoz libent^o
 morant^o. **Sz istos imūdos ipā**
 merito sue v^ognitatis et paup^o
 tis contūit. **Judith ix.** Et enim
 memoriale noīs tui: cū man⁹
 feie deceit eū. **Ista ē illa man⁹**
de q^o d^o p^o v^olemo. **Axtmū** suam
 misit ad fortia. **Que at** sunt illa
 fortia d^o ibidem. **Actūit** forti
 tudine lumbos suos: et roboauit
 brachiū suū. **1^o contūit** sup^o
 p^o hūilitate suā. **Judith xiiii.** **Vna**
 mulier hebreā fecit confusione
 magnā in domo nabugodonosor
 regis. **Sicut** enī magna cōfusio
 cēt alicui g^ogauti: si aliq^o puel
 la eū vincebet: ut ligaēt. **Sic** sup
 bis dōnub⁹ magna confusio fuit:
 q^o vna puella p^o suam hūilitate
 eoz sup^obia sup^ouit. **Job xl.** Liga
 bis eū ancillis tuis. **Vna** de maio
 rib⁹ anallis xpī fuit v^og maia:
 q^o sua hūilitate dyaboli p^oatem
 ligauit. **1^o cōtūit** dyabolū
 astutū p^o suā sapiām. **Judith x.**
In man⁹ feie caidet sysera. **dy**
abol⁹. **Ipe** enī dyabol⁹ ē valde astut⁹
Cor^oth^o xi. **Tūneo** at^o ne sicut serpes
 euā seduxit astutiā suā: ita cor

rumpant^o sensus v^oi. **Virgo** ma
 ria ē valde sapiens. **p^o xiiii.** **mu**
 lier sapiens edificat domū suā.
 t^o militante etiā. **Ipe** i^o sysera
 traditus est i manū feie: q^o astu
 tia dyaboli tradita est sapiā ma
 rie. **Quā** q^o dyabol⁹ astut⁹ cogitat:
 hoc ipā sapient⁹ ordinat. **Ista** est
 illa mulier: de q^o d^o **2^o regū xx.** **Ex**
 clamauit mulier sapiens de ciuita
 te. **In**tra q^o d^o: **In**gressa ē autē ad
 oēm pplm̄. et locuta est sapient⁹.
 q^o abscisu capite sybe p^occurrunt
 ad ioab. **Ista** mulier sapiens ad
 deū clamat: qm̄ suis orōib⁹ pro
 nobis apud deū impellat. **Ista**
 sapient⁹ ad pplm̄ loquit⁹: qm̄ ei⁹
 inspiratoib⁹ illuām. **Ista** caput
 sybe amputauit: q^o suggestiones
 dyabolicas frangit penit⁹ et en
 uat. **U^o p^o d^oia p^o hoc q^o d^o.** **ipā** cō
 tet caput tuū: ondit victoria v^o
 gnis sup^o dyabolū quadruplia
 rōe. **1^o rōe** conterentis. cū dicit
ipā. q^o nō fuit vir: s^o feia. **2^o rōe**
 moi contendit. **Quā** nō p^oussit ne
 q^o vulneauit: s^o contūit. **De**
 m̄ p^ocutit⁹ ul⁹ vulneat⁹ m̄tōū re
 sanat⁹: q^o v^o contēt⁹ nūq^o repat⁹.
3^o rōe partis quā cōtūit: s^o caput
 non caudā. **4^o suggestionē** suam.
Et iō d^o caput tuū. **Serpens** enī
 i caudā p^ouss⁹ euadit: i capite
 v^o contēt⁹ nūq^o resurgit. **2^o rōe**
 p^osonē q^o contūit. **Quā** nō aliq^o
 de p^ois demonib⁹: s^o ipm̄ p^ona
 p^o demonioz cōtūit. **Quō** notat⁹
 silit⁹ p^o hoc q^o d^o. **caput** tuū. **Alle**
 enī serpens q^o euā decepit⁹ figura
Qbat p^osonā luafei: q^o cap^o
 alioz demonū. **Ca^o xv.**
Quisatio b^ote maie fuit

valde sancta. valde famosa: et valde
 honesta. Valde sancta quidem fuit: quia
 non habitabat in terris. sed in celis.
Sancti xxiii. Ego in altissimis habitabo.
 Spiritu celi arcuum sola. **Jo.** poterat
 dicere cum apostolo phil. 3. **Sancti** conu-
 satio in celis est. Conuersionis autem dicitur
 totam vitam hominis. scilicet cogitacionem
 cordis locutionem oris: et effectus quo-
 rum. **Sancti** tribus modis conuersionis
 in celis. **Jo.** dicitur de muliere fornicaria.
 ultimo. **Sustulit** et vidit. quia bo-
 na est negotiatio eius. **Sancti** quia in
 corde habuit desideria saporosa. **Sunt**
 os apium sapientie: et lex clementie
 in lingua eius. **Sancti** quia in ore habuit
 verba gratiosa. **Admirat** fortitudinem
 lumbos suos: et roborauit brachia
 sua. **Sancti** quia habuit opera virtu-
